Pro Reuolutione uiceſima ſeptima huius propoſitæ geniture quæ reuolutio fuit Anno Chriſti currente 1486. die uiceſima prima Martij, poſt meridiem horis 18, minutis 10, iuxta tabulas Ioannis Blanchinij, ex quibus etiam deſumpti ſunt motus huius radicis.



Fortitudines & debilitates Planetarum ac domorum radicis huius.

Saturnus fortunatus eſt & fortis.
Iupiter debilis & infortunatus.
Mars eſt fortunatus receptione Solis.
Sol in angulo & exaltatione ſua fortis eſt.
Venus in octaua retrograda, debilis exiſtit.
Mercurius combuſtus & Retrogradus, debilis cenſetur.
Luna ſalua iudicatur, & cuſpides domorum omnes, remotis ab earum nitijs maleficarum ſtellarum radijs.

Fortitu-